UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XIV. De dolo & contumacia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

de beneficio & non canonicè factâ inſtitutione, ſive de aliquo crimine, ut quia aut clam poſſederit, niſi priùs poſſeſſionem actori ſpoliato reſtituerit. *c. 5. h. t.* Non obſtante, quod juris ordo flagitare videatur, ut Reus audiatur in ſuis exceptionibus, ſicut Actor in ſua intentione, quodque favorabiliores Rei potius quam Actores habeantur: quia à Reg. iſta excipitur caſus ſpoliationis, quo favorabilior habetur cauſa Actoris quam Rei, idque in odium violenti ſpoliatoris. *c. 6. eod.* *l. 125. D. De R. I.*

Quid probare Actor debet, ut obtineat in hoc interdicto Unde vi? *Vallen hic n. 5. §. 4.*

Hæc duo: Primò, ſe fuiſſe in rei poſſeſſione, vel quaſi, tempore factæ ſpoliationis. Secundò, ſe ſpoliatum fuiſſe ab eo, in quem agit, vel ab alio ejus nomine vel ſpoliationem ab alio factam ratam habuiſſe. Quod ſi in alterutro horum probando deficiat, cauſâ cadet.

De dolo & contumacia.

TIT. XIV.

Interdum etiã quæritur de dolo & cõtumacia Actoris vel Rei punienda, ut quia ſpoliatus dolo vel contumacia.

Rei

Rei reſtitutionem conſequi non p
teſt.

Quid eſt Dolus?

DOlus malus eſt omnis calliditas
machinatio, fallacia, ad circum
niendum, fallendum, decipiendum
terum adhibita. Dico, dolus mal
nam eſt & dolus quidam bonus,
quo hic non agitur. Agitur verò h
Tit. non de quolibet dolo malo ſi
pliciter, ſed quatenus contumaciæ a
hæret.

l. 1. §. 1. D. de dolo malo.

Contumacia quomodo incurritur, & q dicendus Contumax?

Contumaciam incurrere dicitur,
fieri Contumax, qui tribus edictis,
uno pro tribus (quod tantum temp
ris, quantum tria illa edicta, contine
debet, & vulgò peremptorium appell
tur) evocatus, & nulla juſtâ causâ im
peditus, præſentiam ſui facere co
temnit, ſive per ſe, ſive per procurat
rem.

l. Contumacia. 53. D. de re jud.

Quæ eſt pœna contumaciæ?

Diſtinguendum hic eſt inter Acto
rem & Reum, quia & Actor contum
fieri poteſt. Reo facto contumace an
litem conteſtatam, mittitur Actor i
poſſeſſionem bonorum ipſius Rei, p

modo declarati debiti. Poſt litem verò conteſtatam, ſi judici ex actis liqueat de rei veritate, poterit ſententia ſua litem terminare. Neque tunc licebit condemnato appellare, ſaltem jure civili; cum non de judice, ſed de ſeipſo queri debeat: æquitate Canonica juris civilis rigorem nonnihil remittente perſonis Eccleſiaſticis. Quòd ſi de cauſa non liqueat judici, tunc veram rei poſſeſſionem Actori adjudicabit, Reo abſenti ſola proprietatis relicta quæſtione.

c. 1. & c. pen. h. t. c. 4. eod. l. 13. §. fin autem C. de jud. d. c. 4. in fine & d. §. fin. autem.

Quid ergò ſi Actor fuerit factus contumax?

Tunc ante litem conteſtatam Actor, ad terminum citationis non cõparens Reo condemnatur in expenſas, nec ad novam citationem admittitur, niſi caveat ſe adſignato termino compariturum: permittiturque Reo adverſus Actorem legitimè citatum probare exceptionem ſuam: Judexq; poſtquam ei conſtiterit ex actis de rei veritate, Reum à petitione Actoris abſolvet. Si de eo non conſtet ſatis, tunc quoq; abſolvere Reum poterit, non quidem ab Actoris petitione: ſed tantum ab inſtantia, ſalvo Actori ſuo jure, facultateque de novo agendi, novaq; inſtantia utendi.

c. Actor. h. t. c. 9. h. t. d. c. 4. in fine.

di. cum refuſione expenſarum prio[ris]
inſtantiæ. Lite verò conteſtatâ, ſi dei[n]
de Actor contumaciter abſit, & temp[us]
inſtantiæ, puta triennium uſque ad [b]
ineſtre præterlapſum ſit, poterit Jud[ex]
ad definitivam procedere, etiam in[fa]
vorem Actoris; alias Reus abſolvi[de]
bet.

d. l. 13. §. & ſi quidem.

De eo, qui mittitur in poſſe[ſ]ſionem causâ rei ſervandæ.

TIT. XV.

Dictum paulò antè, Actorem ob R[ei] contumaciam mitti in poſſeſſione[m] bonorum ſeu rei petitæ; hic docet[ur] quid juris ex hujuſmodi miſſion[e] conſequatur.

Quotuplex eſt hæc miſſio?

DUplex, ex primo & ſecundo decr[e]to.

Quid juris conſequitur Actor ex miſſ[ione] in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto?

Tunc neque dominium rei, neq[ue] etiam veram poſſeſſionem conſequi[tur], ſed tantum detentionem; quia eiuſmo[di] miſſ[io]